


05
A
2476



I. N. J.
DISPUTATIO INAUGURALIS
IN SOLENNITATIS JOBELÆ SECULARIS
FORMULÆ CONCORDIÆ
HONOREM,
AD LAUDEM NOMINIS DIVINI,
PRO GRATIOSA CONSERVATIONE
CÆLESTIS DEPOSITI,

FORMULÆ CON-
CORDIÆ,

per ipsos centum Annos intemeratae custoditæ,

Quam
ADVERSUS ERRORES NONNULLOS,
IN EADEM JAM PROFLIGATOS,
IN SOLEMNI ACTU, ET CONSESSU ACADEMIAE,
Pro conseqvenda LIGENTIA,
CONSCENDENDI SUPREMUM HONOREM,
ET PRIVILEGIA DOCTORUM THEOLOGIÆ
IMPETRANDI,
IN ELECTORALI SAXONIÆ UNIVERSITATE,
PRÆSIDE

D. ABRAHAM CALOVIO;

PROF. P. PRIMARIO, PASTORE, CONSISTORII ADSESSORE,
SUPERINTENDENTE GENERALI, p. t. FACULTATIS
THEOLOG. DECANO,

publice defendet

M. FRANCISCUS WOLFILIS, Stralsunda-Pomer.

Ecclesiæ, quæ Rostochii Primaria est, ad D. Mariæ Pastor, & SS. Theol.

Professor Publicus designatus.

IN AUDITORIO MAJORI,

Ad diem II. Nov. An. cl. Ioc XXC. hor. ante- & pomerid.

Litteris WILCKENIANIS, AN. 1686.



05 A 2476



I. N. I.
DISPUTATIO INAUGURALIS

S. I.

Eormule Concordia, sacræ nauigatio[n]is ergò, hoc
Anno Jobelæo, h.e. à prima ejus editione cente-
nario velificaturi, gratias ante omnia totò pecto-
re DEO agimus devotas, qvod Ecclesiis nostris
aureum hoc κειμήλιον εργαζόμενον donare, idq[ue]
triū Electorum Potentissimorum, LUDOVICI,
Palatini Rheni, AUGUSTI, Ducis Saxoniæ, & JO-
HANNIS GEORGII Marchionis Brandenburgici, Reverendissi-
mi item & Serenissimi Archi-Episcopatus Magdeburgensis, Admi-
nistrator. JOACHIMI FRIDERICI, Marchionis Brandenburg.
& Johannis, Episcopi Misenensis, ut & Eberhardi, Episcopi Lube-
censis, Administratoris Episcopatus Verdensis, nec non Philippi
Ludovici, Palatini Rheni, ac Ducum Saxoniæ, Tutorum Friderici
Wilhelmi, & Johannis, Johannis item Casimiri, & Johannis Er-
nesti, Ducum Saxon. Tutor. ut & Georgii Friderici Marchion. Bran-
denburg. tūm Ducum quoq[ue] Brunsvicensium & Lunæburgen-
sium, Julii, & Otthonis, itemq[ue] Henrici, & Wilhelmi Junioris
Wolfgangi adhæc Ducis Brunsvic. & Lunæburg. & Ulrici Ducis
Megapolensis, Johannis insuper, & Sigismundi Augusti, Curato-
rum Ducum Megapolensium, Ludovici prætereà Ducis Würten-
berg. Ernesti, & Jacobi. Marchionum Badensium, Curatorum : ac
porrò Georgii Ernesti, Comitis & Domini Hennenbergensis, alio-
rumq[ue] XXIII. Comitum, ac quatuor Baronum, postremò Rerum-
publicarum quoq[ue]; Imperialium XXXV. autoritate, sed maximè di-
vinâ protectione, munire, ac adversus inumeras τῆς παπύριας τοῦ
μυριώντων fraudes, & molitiones, non minus adversus Anti-
christi gregem, qvām contra Calvini cohortem improbam, vari-
amq[ue]

amq; Interimistatum, Philippistatum, &c. Syncretistarum collu-
viem potenter conservare , ac ab interitu & infectione periculosa
illibatum afferere, vindicare, atque hoc in primis altero, maximèq;
periculo semi-seculo , unà cum Augustanà Confessione invaria-
tâ defendere ac tueri dignatus est , sub umbra alarum suarum gra-
tiosissima : Cujus Nomen ideò benedictum sit in secula ! Cunamus
itaq; latissimi cum Hicte psalte : **JUBILATE DEO omnis terra,**
servite Domino in letitia, introite in conspectu ejus, in exultatione. Ps.
XCIIX. 4. C. 2. 3. BEATUS populus : qui scit JUBILATIONEM
Psal. XXCIX. 16.

§. II. Qvanquam verò de Mense , ac die editionis dubium
aliqvod moveatur , siqvidem primò qvidem Serenissimus Elector
Saxoniæ Divus AUGUSTUS , gloriofissimæ recordationis , Anno
clœ loc LXXV. d. 21. Novembr. de modo concordie inter Theologos
August. Confessionem profitentes, piè cogitarit , ac media consul-
tationis , propriâ manu Electorali confignata intimis consiliariis
communicarit ; à qvibus, post arduas deliberationes prævias XXI.
Novemb. responsum humilimè in timore Domini redditum fuit, ut
Conventus Theologorum benè multorum institueretur, qui in quodam
cen προθετικαλē deliberarent, quinam libri pro norma doctrina ha-
beri ac agnoscipossent, & deberent: Theologi verò qui Lichtenberge
numero duodenario Anno seqventi clœ loc LXXVI. mense Februa-
rio, præcipui sc. ex hoc Electoratu, convenerant, mentem suam de
propositione Lichtenbergæ V. Febr. de illo sanctissimo negotio,
clementissime ipsis exhibita, subiectissimè d. XVI. Febr. declararunt:
utpotè 1. quot Theologi A. C. in consilium vocandi , 2. an ore tenus
procedendum sit, an v. scriptotenus 3. & num scripta præparationis
gratia in conventu adornanda, item 4. num extra illos Theologos aliæ
qvoqve personæ ad id destinandæ, & 5. quinam articuli tractandi
unionis causa fint: ac Theologos à Serenius Landgravio Hassie Wil-
helmo designatos D. Chytreum Rostochiensem, D. Chemnitium
Brunsvicensem, D. Jacobum Andreæ Würtenberg. & D. Nic. Selne-
cerum Lipsiensem, ceu γνησίως orthodoxos ad hoc sanctissimum
negotium ratos habuerunt: Normam verò doctrine & Confesio-
nis nostræ post scripta Prophetica & Apostolica definierunt , tūm
Symbola Oecumenica, Apostolicum, Nicenum, Athanasianum, Con-
fes-

fessionem item invariataam Augustanam, ejusq; Apologiam, Catechis-
mum Lutheri minorem & maiorem, & Articulos Smalcaldicos, qvi.
bus propter dogma de justificatione commentarium B. Lutheri in
Epiſt ad Galatas conjungendum esse innuerunt, ut testarentur pro-
positionem de Necessitate bonorum Operum ad salutem neutiqvam
defendendam esse, neqve ad *Corpus doctrina Philippicum* cuiusdam
conscientiam adstringi posse.

§. III. Cum vero D. Paulo Crellio lis moveretur, qvod Witteber-
gæ docuerit; *Christum exaltatum esse secundum utramq; naturam,*
siqvidem in programmate Natalis Christi scripsiterit, *Dominus Chri-
stus exaltatus supra omnes creaturas secundam utramq; naturam, te-
net omnipotentem gubernationem unā cum Patre & Spiritu S.* re-
spondit laudatus Theologus Serenissimo Electori, die XXI. Febr. ac
per intimationem publicam, mentem suam candidè & orthodoxè
aperuit, & ut studiosa juventus ab hac phrasi, *Christus est exaltatus*
secundam utramq; naturam, vel secundam divinam naturam sibi ap-
primè caveret, diligenter monuit, qvippe qvæ Calvinismo & huic
succenturianti Arianismo fenestras aperiret, testatusq; est, erra-
tum typographicum commissum esse in Genethliaco programma-
te, omisso commate: sic enim id legendum esse; Dominus Christus
exaltatus supra omnes creaturas, secundum utramq; naturam tenet
omnipotentem gubernationem: Et has particulæ secundum utramq;
naturam) non ad vocem exaltationis, sed gubernationis referendas
esse. Idem ergò plenè liberatus est à Sycophantarum Calumniis.

§. IV. Sed D. Andreas Freyhubius Lipsiensis, Theologus se
purgare non poterat, qvia in luto gravius hærebatur, non modò ceu
orthodoxam sententiam defendens exaltationem Christi secundum
utramq; naturam. Sed etiam contendens, qvod proprietates divi-
nae nature assumta humanæ carni realiter communicatæ non sint,
qvodq; corpus Christi nō nisi in certo cœli loco concludatur. Et qvam-
vis Torgam vocatus, cum D. Paulo Crellio, Nicolao Selneccero, Wolff-
gango Hardero, D. Martino Miro, & M. Georgio Lystenio, per biduum
conferret, errores tamen illos dimittere non petuit. Tum verò
etiamsi carceris metu subscripterit orthodoxis aphorismis, erro-
resq; illos damnarit, Lipsiam tamen reversus ad ingenium rediit,
datisq; ad Electorem literis, subscriptionem Torgensem annihila-

vit. Ideoq; carcerem effugere non potuit, qvin &c è territorio tandem Electorali proscriptus est.

§. V. Porrò istis ita peractis institutus postmodum est aliis Theologorum orthodoxorum, & constantium conventus *Lichtenbergae* Anno clo I^o LXXVI. in quo de mediis concordiae Christianæ deliberatum, ut pax firma stabiliri posset, qualia erant (I) ut omnes privata velitationes, contentiones, criminationes & injuria personæ semperne oblivioni tradantur, (II.) ut impedimenta communis consensus, (ut e. g. Corpus doctrinæ scripta Crypto-Calvinianorum, & Catechismus Witteberg. Confessionis, Consensus Dresdensis Exegesis, Stereoma sive Grundfestè / Quæstiones de Persona Christi & de Cœna Domini) inter A.C. socios, quantum fieri possit; è medio tollant. (III.) Ut in præsentia Electorum & Principum, si fieri commodè queat, instituatur conventus Theologorum, qui examinente, quidnam hactenus contra communem normam doctrinæ à quibusdam Theologorum motum sit.

§. VI. Inde adornatum est scriptum in Thes. & Antithesi de quæstionibus inter Theologos A.C. hactenus controversis promovente, id ad instinctum Sereniss. Electoris Augusti, Principe Hennbergiaco, Georgio Ernesto, penes Ducem Würtenbergicam Ludovicum, per D. Lucam Osiandrum, & M. Balthasarem Bidenbachium: quod Maulbrunnæ emendatum, ad D. AUGUSTUM missum est VI. Febr. Anno clo I^o LXXVI.

§. VII. De hoc itaq; Maulbrunnensi scripto, & universo opere Concordiæ B. D. Jacobus Andree sententiam suam ad Electori Augustum eodem anno misit. Sed quia Maulbrun. scriptum nimis concisum erat, collatione ejusdem cum scripto ab inferioris Saxonie & Svecicis Theologis continuato, instituta, aliud opus instar F.C. adornandum censuere deputati ad id Theologi, quod, divina secundante gratiâ, elaboratum, & Sereniss. Electori D. Augusto Torgæ 6. Junii Anno 1676. exhibitum fuit. De quibus omnibus ex archivio Electorali prolixè contra mendacia Hospiniani egit B. Hutterus in Concordia Concorde c. 9. 10. 11.

§. IIX. Quod ipsum scriptum porrò in Bergensi Theologorum D. Andr. Musculi, & D. Christophori Corneri Francofurtem Professorum, D. Jas. Andree, Præpositi Tbingensis, D. Davide

dis Chytrai, Professoris Rostochiensis, & D. Martini Chemnitii
Brunsvicensis Superintendentis, ut & D. Maximiliani Mörlini, Co-
burgensis Pastoris, conventu, post justum examen perfectum, ulti-
mamq; manum adeptum est: & cum censuris variis, ad D. Augu-
stum delatis in eam formam, curantibus Electoribus, *Saxonia ALI-
GUSTO, & Brandenburgico*, JOHANNE GEORGIO, redactum,
qvâ postmodùm in publicam lucem emissum fuit.

§. IX. Publicata itaq; est Formula Concordiæ *Dresde*, in *Pa-*
latinatu etiam Heidelbergensi, ut & in *Ducatu Würtenbergico* Anno
1580. Diem autem editionis primæ determinare haut licet; sive
enim dicatur illa, qvâ in *Typographia excudi coepit*. sive qvâ excu-
fa in orbem emitte, nihil utiq; h̄c certi habemus. B. D. Joh. Himmel-
lius, dum adhuc studiis incumberet Jenæ, 28. anno post adorna-
tum librum Concordiæ h. e. anno Christi 1608. oratione quadam
ibidem publicè habitâ, diem editionis F. C. dixit emortualem B.
Lutheri diem, qvi Constantiæ & Concordiæ in fastis sacer est: In-
scripta est oratio illa *parentatio B. Lutheri*, agit, de *Donatione Con-*
stantini M. & tractatibus D. Himmelii de *Canonico jure*, & *Theolo-*
gia Scholastica subjuncta: in qva die Concordiæ seu *XIX. Febr.* ha-
bita p. 848. ait: *Hunc ipsum diem B. Lutheri fatali natalem etiam*
fuisse, quod eodem in lucem editus fuerit liber Ecclesiae nostra symbo-
licus, Formula videlicet Christiana Concordia. B. verò D. Jacobus An-
drea in oratione de concordiæ negotio *Tubinge* habita, qvæ in
famâ *Audreana*, res florente B. Joh. Valentini, *Andrea Nepotis* ex-
stat p. 189. ita habet: *Anno proximè præterito octauagesimo ad d. 25.*
Jun. qvo ante annos 50. Confessio Augustana non sine summo vite
& fortunârum periculo Imperatori Carolo V. oblatæ fuit **LIBER**
CONCORDIÆ, sub nomine Trium illustrissimorum Principum Ele-
ctorum, aliorumq; plurimorum piorum Principum, Comitum, Baro-
num, & Ordinum Imperii, adeoq; Theologorum, magno numero ad
posteritatis memoriam **FELICITER EDITUS EST.**

§. X. Finis FORMULÆ CONCORDIÆ est, ut dissidia in-
ter Theologos A. C. orta restè & piè componi possint, & ut turbu-
lentis, contentiosisq; hominibus, qvi ad nullam formulam purio-
ris doctrinæ adstringi se patiuntur, liberum non sit pro sua libidine
controversias cum offendiculo conjunctas moveare, & prodigiosas
opis

opiniones proponere & propagare: Quemadmodum habet ut in propositione in F. C. à Sereniss. Electoribus Celsissimis Principibus, cæterisq; imperii Statibus Evangelicis præmissâ.

§. XI. Hujus sanctissimi finis gratiâ operæ pretium erit in JOBELÆO hocce anno, in præsenti solenni disputatione nonnullas F.C. hypotheses & formulas loquendi, ad normam in Eadem descriptam & decisionem libri Concordiæ revocare. Nam & hoc institutum fuit Magnis illis doctrinæ salvificæ Statoribus & Propagatoribus, Heröibus religiosissimis: ut laudata habet præfatio: *Quare etiam nos non LATUM quidem UNGVEM vel à REBUS ipsis, vel à PHRASIBUS, quæ in illa habentur, discedere, juvante nos divinâ Spiritus Sancti Concordia constanter in pio hoc consensu perseveraturos esse, decrevimus: Controversias omnes ad hanc verum normam in declarationem, purioris doctrinae examinaturi. Qvod summum exemplum legis instar nobis est, an qvod etiam per iugementum Religionis, nos adstrictos esse profitemur.*

§. XII. Primò autem de notitiâ DEI naturali disquirunt nonnulli: annè detur naturalis quædam *θεογνωσία*, & quidem non tantum è *πίκτη* Θ., vel *acquisita*, sed etiam è *Φυτ* Θ. vel *insita*? Cujus decisio è Scripturis luculenta est, S. Apostolo Rom. I. 19. τὸ γνῶσθαι τὰ θεῖα, οὐ τὸ φανερὸν ἐναυτός, h. e. manifestum in nobis esse, testante, Qvod quum de omnibus hominibus agat, quos omnes, citra *αράχλην*, Judæos pariter & Græcos sub peccato esse, è Scriptura V. T. confirmat c. III. 9. 22. ut *ὑπόδιν* Θ. vel obnoxius totus mundus sit Deo v. 19. neque Ethnici, neque infantes hîc excipi possunt. Qapropter ad illos OMNES τὸ γνῶσθαι τὸ θεῖο pertinet, in illis OMNIBUS manifestum est; qvod cum de *acquisita* Dei notitiâ, & de infantibus dici non possit, relinqvitur de *insita* id intelligendum esse. Accedit, qvod S. Apostolus *opus legis in cordibus nostris τῷ Φύσει inscriptum esse*, doceat, uti τῷ Φύσει etiam τὰ γένεα, naturâ ea, quæ sunt legis facimus, & nobis ipsi lex sumus: qvodq; contestari nobis CONSCIENTIAM disertissimè asserat, & λογισμοὺς se se invicem adversantes, & vel excusantes Rom. II. 14. 15. quæ ad insitam Dei notitiam facere nemo prudens facile inficias iverit, nisi *Atheis* fortè patrocinari velit. Si Φύσει vel naturaliter Gentes faciunt, quæ legis sunt, naturâ illis inesse oportet legem, secundum cujus normam

&c di-

& dictamen operentur, ita sibi ipsis lex sunt, utiq; qvām p̄imūm existunt sibi lex, in ipsis existit, s. adventiciā externā operā, s. acquisitā notitiā Deum norunt. Si lex scripta est in cordibus gentilium, non per regenerationem iis inscripta sed oportet eandem per creationem inscriptam, adeoq; adhuc è creatione superstitem ac connatam esse. Unde etiam ex Socinianis ipsis præceptorem suum F. Socinum Job. Crellius in Commentur ad Rom. II. p. 127. hic descrit, nobisq; accedens fatetur, testari Apostolum, conscientiam legem quādam inscriptam esse animis hominum, utut lege scriptā carentium, dum post factum aliquod admissum vel peractum tacite animi cogitationes eos accusant, vel etiam excusant ac defendunt. Sed & saniores gentiles hic nobis annuunt; Imò Cicero lib. de nat. Deor. Qvæ est, inquit, gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quādam Deorum. Reprobanda itaq; non immerito sententia Socinianorum, Arminianorum, D. Conradi Horneji, quām cum F. Socino præl. Theol. c. III. p. 3. & Simone Episcopio Instit. Theol. c. 3. communem habet part. I. Disp. Theol III. Sect. I. th. II. p. 234. Ita enim Paulus, inquit, notitiam DEI gentibus quoque manifestatam esse, ait, non ut eas in cordibus illorum inscriptam esse dicat, sicut de opere legis cap. II. loquitur (talia enim per se nota sunt) sed ex divinis operibus, mentis acie investigari & erui, afferat.

§. XIII. Non ergò admittendum illud Philosophorum quorundam verè & φιλόσοφον: Intellexus noster est instar, tabula rasa, cui nihil inscriptum sit, omnia autem inscribi possunt. Qvod enim Aristoteles I. III. de anima c. 15. talia tradat, mirum adçò non est, utpote qui de connata primigeniā θεογνωσίᾳ nihil cognitum habebat, cuius ἐργά, & rudera quādam imaginis divinæ sunt κοινῶν ἐνών, naturā nobis insitæ, de DEO, ejusque cultu, uti diximus T. II. System. Theol. p. 75. Non omnino deletum est, quod ibi per imaginem DEI cum crearetur IMPRESSUM est, ait S. August. lib. de Spirit. & liter. c. 28. Et quanquam facile admittamus nullam speciem expressam τῆς φύσει bīni inesse, aut etiam ideam quādam, negari tamen notitia insita nō potest, quæ per modum habitus impressi nobis insit: ideoque distinguendum inter θεογνωσίαν seu habitualem, & ινεργητικήν seu actualēm. Quid quod Philosophus ipse agnoscet, ομονοιον, νόμον αὐτοφον Rhetor. ad Alex. c. II.

ut & σογγας ηντες ουσει insint VI. Nicom. c. 9. Unde Themistius ait,
Aristotelem nunquam tam inconsideratum fuisse, ut negaret principia
menti humanae indita. Nisi enim inquit, in anima essent ejusmodi
communes notiones, non possemus nos mutuo intelligere, & nunquam
Discipulus aliquid disceret a Praeceptore.

§. XIV. Neque vero probandum, quod nonnulli ajunt, nihil
esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu: quod abit D. Dreie-
gus in der Erörterung p. 151. Aber wenn man die natürlichen Kräf-
te des Menschlichen Verstandes ansiehet, findet man, daß dennoch
alle Wissenschaft von den Sinnen erst herkompt, wie der Philolo-
phus hin und wieder lehret. Vid. Harm. Calixtino Hæret. Sect. III. c.
II. p. 804. Nam ea ratione neganda prorsus foret notitia DEI Ada-
mo concreata; neganda etiam Θεογνωσία immediate Prophetis
inspirata. Imò omnis Θεονομία; neganda planè notitia DEI, si-
qvidem DEUS non incurrat in sensus. Vid. T. II. Syst. Theol. p. 85.
& B Keslerus in Phys Photin. Exam. p. 184. ubi dantur, inquit, in
anima connata principia speculativa, & practica de honesto & inho-
nesto. Ergò dantur in intellectu quædam per naturam, quæ non prius
fuerint in sensu &c.

§. XV. Theologia naturalis Practica etsi ē iure naturæ & prin-
cipiis practicis DEUM colendum esse, doceat, modum tamen, quo co-
lendus est, haudquaque docet. Hic enim à voluntate divina de-
pendet, estque solius revelationis divinæ Joh. I. 18. Matth XI. 27.
Quod vero D. Ahasverus Ampsingius, Medicus Rostochiensis, cum
ibidem viverem, noticias naturales igniculos SUPERNATURALIS
GRATIÆ faciebat, iisq; hominem se convertere posse, ajebat: non
absimile est Julianorum errori quod imago DEI, & notitia DEI ad
eam spectans ad SUPERNATURALEM gratiam divinam perti-
nuerit; quemadmodum & justitiam originalem illi SUPERNATU-
RALE Donum faciebant. De conversione hominis verò ita Phi-
losophabantur: quod in potestate hominis sit, velle se convertere; uti
ex eorum informatione habebat Latermannus disput. de Prædest.
th. XXXIV.

§. XVI. Legem Evangelicam triplicis generis præceptis, morali-
bus, Sacramentalibus & præceptis fidei, constare, sententia est valde
analogia Doctrinæ D. Horneji Disp. Theol. p. 1. Disp. I. p. 26. tres
Theo.

Theologie partes assignantis; Doctrinam nempè fidei, vel de creden-
dis, doctrinam de mysteriis vel sacramentis, & doctrinam morum, in
eo tamen magis inconveniens est, qvod legis Evangelice nomine
hic cum Papistis utatur: adeoq; legem, & Evangelium, qvæ opposita
sunt, pessimè commisceat. Ex adverso juxta F.C. Epit. art. V. credi-
mus, docemus & confitemur, legem esse propriè doctrinam divinitus
revelatam, qvæ doceat, qvid justum, DEO gratum sit: quod item
peccatum sit, & voluntati divine aduersetur: Evangelium vero pro-
priè illa doctrina est, qvæ doceat, quid homo credere debeat, videlicet,
Christum omnia peccata expiisse, atq; pro iis satisfecisse &c. Rejiciunt
verò Confess. invariatae socii, ut falsum, & perniciosum dogma,
cum asseritur: qvod Evangelium propriè sit Concio pænitentiae, argu-
ens, accusans & damnans peccata: qvodq; non sit tantum modò con-
cio de gratia DEI. Hac enim ratione Evangelium rursus in legem
transformatur: meritum Christi, & sacrae literæ obscurantur: piis
mentibus verū & solida consolatio eripitur: & Pontificiis erroribus &
superstitionibus fores aperiuntur, ut habetur in Form. Concord.
Artic. V. p. 594. Unde & Confessio August. Leudanuus ita dicta
ab Ecclesiis nostris, ob infandum illum errorem non immitiò re-
probata fuit. Vid. B. Hutter. in LL. CC. proleg. & Criticus noster
sacer Sect. I. in A. Conf. p. 170. & 179.

§. XVII. Non male autem loqvuntur, qui peccatum origina-
le dicunt non esse Ens positivum Metaphysicum, sed Ethicum, qvemad-
modum *vitia moralia* positiva dicuntur. In Augustana certè Con-
fessione ad peccati originalis formale refertur concupiscentia in-
primis, uti ea in Apologia defensa est, ubi adversario scholastici pa-
rum religiosè philosophari dicuntur, cum materiale peccati concu-
piscentiam esse dicunt Nos igitur, ajunt Protestantes in Apologia
Aug Conf. p. 55. rectè expressimus utrumq; in descriptione peccati o-
riginalis, videlicet defectus illos, non posse Deo credere, non posse De-
um timere ac diligere. Item habere concupiscentiam, qvæ carnalia
qvarit contra verbum DEI, hoc est, qværerit non solum voluptates
corporis, sed etiam sapientiam, & justitiam, & confidit his bonis,
contemnens DEUM. Negq; solum veteres, sed etiam recentiores, siq; vi
sunt cordatores, docent simul ista verè peccatum originis esse, defe-
ctus videlicet, qvos recensui, & concupiscentiam. Sic enim inquit

Thomæ: Peccatum originis habet privationem originalis justitiae, & cum hoc inordinatam dispositionem partim animæ, unde non est privatio pura, sed quidam habitus corruptus. Idem sensit Hugo, cum ait: Originale peccatum esse, ignorantiam in mente, & concupiscentiam in carne. Significat enim nos nascentes afferre ignorationem DEI, incredulitatem, dissidentiam, contemptum, odium DEI. Hec enim complexus est, cum ignorantiam nominat. Et hec sententiae consentiunt cum Scripturis. Nam Paulus interdum expresse nominat defectum ut I. Corinth II. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI. Alibi concupiscentiam nominat efficacem in membris, & parientem malos fructus. Plures locos citare de utræque parte possemus, sed in re manifesta nihil opus est testimonis. Sæpe dicunt (Scholastici) pugnantia. Nec FORMALE peccati originis, nec defectus quos vocant, rectè ac dialectice expedient. Ideò in Consensu Repetito juxta Art. II. punct. VIII. ex Aug. Conf. Artic. Smalcald. p. III. act. I. Epitom. declar. F. Conc. Art. I. ita habetur: Rejicimus eos, qui docent nullam POSITIVAM qualitatem vitiorum in infantibus nostris inveniri, quia peccatum originale, in eo cum quo nascuntur, nihil esse aliud quam nudam carentiam justitiae sive donorum Sp. S. & cum primis D. Christ. Dreieri in der gründlichen Erörterung p. 150. sententiam: quam etiam cum Julianus ipse communem habet. Quamobrem in infantibus, præter & supra potentiam peccandi, NULLAM QUALITATEM POSITIVAM, ponere licebit: siquidem originale peccatum in infantibus carentia justitiae, sive donorum Sp. S. est. Vid. Conf. repet. p. 31. 32. Patet etiam ex laudatis Apologiæ A. C. verbis, non rectè cum Scholasticis concupiscentiam vitijsam ad materiale peccati originis, ad formale autem solum privationem, referri, ac peccatum originis positivam esse qualitatem, negari. Qvo de prolixe in Harmon. Calixtino Hæret. disputatum est adversus Scholasticum errorem de mera privatione Vid. Sect. II. cap. III. n. XLV. seqq. Conf. & ausführliche Erklärung I. III. loc. VII. qvæst. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. & T.V. Syst. nostri Theol. Art III. qvæst. II. seqq. B. Joh. Gerhardus Theologus Jenensis γνωσίως Lutheranus Confess. Cathol. I. III. part. III. Art. XXIV. th. 2. p. 451. etiam hic doctrinam nostram θεωρῶς proposuit. Peccatum originis non est nuda PRIVATIO, sed etiam VITIOSA qualitas addita εἰσεγένεται. Quando concupiscentiam pravam dicimus esse positivam

QVÆST.

qualitatem, non intelligimus hoc secundum & uerbi, Metaphysicam.
Metaphysici subtiliter distingunt inter rem ipsam & malum rei ad-
jacens, quod semper dicunt esse privationem, non autem positivum
quid. Scriptura quando peccatum originis describit, non nudam tan-
tum privatione, sed etiam per pravam concupiscentiam adeoq; per
vitiosam qualitatem, imitatur modum loquendi Ethicus usitatum. Illi
enim agnoscunt vitiosos habitus, & malas actiones Annuit etiam in-
ter ipsos met Pontificios Pefanius in Thomam fol. 394. Ita scri-
bens: Thomas, Alensis, Bonaventura, Richardus, Scotus, Cajetanus,
Conradus &c. statuunt, concupiscentiam pertinere ad rationem pec-
cati originalis, ut materialè. Idem statuit Hugo. de S. Victore &
Driedo, sed hec videtur heresis Lutherana & Calviniana esse. Quo-
modo etiam Jesuita Tannerus l. II. Theol. Schol. disp. IX qvæst. 2.
dub. I. n. 15. faterur, Cajetanum, Medinam. Zumelem, & Thomistæ
recentiores, peccati originalis malitiam positivam facere: Cunerue
etiam Petri, in controv. Peccatum originis juxta Patres tradit ini-
quitatem esse & injustitiam, pravamq; hominis **DISPOSITIONEM**
(adeoq; **QUALITATEM**) quâ perperam & male in Deum & crea-
turas affectus est: Quid quid Cardinalis Bellarm. l. V. de amiss. græ-
c. XV, non tantum Lombardum l. II. sent. dist. XXXI. §. 2. 3. Henri-
cum Quodlibet II qv. XI. & Gregorium Ariminensem 2. sentent. dist.
XXX. ut & Job. Driedonem l. I. de Grat & lib arbit. agnoscat, cum
Lutheranis statuere peccatum originis concupiscentiam esse, b. e. mor-
bidam in anima qualitatem prava desideria perpetuò excitantem,
sed etiam, l. eod. cap XIX fateatur, quod sit HABITUS vitiosus qui est
QUALITAS quædam POSITIVA: cuius εαυτούς ταῦτα tamen haudqua-
quam diffitemur alias, observatam.

§. XII. Quamvis peccatum actuale voluntarium freqventer
sit penes non renatos adultos: datur tamen & peccatum involunta-
rium non tantum in infantibus, sed etiam provectionis ætatis ho-
minibus, ipsis quoque renatis: quomodo David precatur Ps. 19. v. 13
Quis scit, quoties peccet? ab occultis munda me Domine docetq; è
Mose Deum ponere iniquitates nostras incognitas. in lumine vultus
sui Ps XC. 8. Et notum est, vel ex Catecheticis institutionibus, & sa-
crificiis Leviticis, peccata actualia venialia. peccata item ignorantiae,
& involuntaria dari, ac quotidiana incursum, etiam in ipsis renas-
tis, cum caro luctatur adversus Spiritum, quo de etiā prolixè con-

qvestus est Apostolus Rom. VII. 14. Gal. V. 17. deniq; S. Johannes,
adæquatè peccatum definit. Ep. III 4. qvod dvoūia sit, nullâ mentio-
ne τ& ενστίς additâ. Qvod contra Epitomem Calixtinam observa-
tum Sect. III. Harmon. Calixt. hæret. in Consensu cum Socin. & Ar-
minianis c. IV. n. X. ut & contra Pontificios T. V. Syft. Theol. art. I.
C. I. qv. VI. p. 38. Conf. Lev. IV. 2. 27. Num. XV. 27. Ps. XXV. 7. item Gen.
XII. 17. 18. & fatetur Augustinus, ad qvem oī εξ ιανουα, provocare
solent l. II Julian. c. 15. Etiam, qvi nesciens peccavit, non incongruen-
ter NOLENS peccare dicitur.

S. XIX Gratia gratis data donum DEI est, ac effectus Spiritus S.
& in renatis inhæret, non tamen ipsa gratia gratum faciens cum
inhærente gratia confundenda est; qvum non nisi per fidem pla-
ceamus DEO, eidemq; grati sumus Ebr. XI. 6. in unicè dilecto DEI
Filio. Eph. I. 6. in quo uno complacuit Domino Matth. III. 17. Sen-
tentiam nostram B. JOH. GERHARDUS Jenensis Theologus verè
incomparabilis, & citra controversiam sincerus, in Confess. Cathol.
part. III. Art. XXII. cap. I. ita tradidit: *Gratia gratum faciens, seu ju-
stificans non est qualitas per modum habitus in homine permanens,*
sed gratuitus DEI favor. Antithesin verò idem ita ex Catech. Rom.
c. de Baptismo p. 310. proposuit: Gratia est divina qualitas in anima
hærens: & ex Bellarm. I. I. de grat. & lib arb. c. 3. Idem Theologorum
*(Pontificiorum) communem sententiam hanc dicit: gratiam esse ha-
bitum, supernaturalem, à DEO nobis infusam, quo anima exornetur*
& perficiatur, adeo q; justa DEO q; grata & accepta reddatur: & l. II.
de justif. c. 3. Gratia justificans non est solum favor DEI, sed donum
*in anima hærens. Habemus eqvidem Cardinalem Albertum Pig-
bium I. V. de lib. arb. ita nobis suffragantem: Gratia acceptiōem*
*non ex Scholis petendam, quasi aliqua animæ qualitas sit, quod com-
mentitum esse agnoscitur, nec ullam ex Scriptura habere autorita-
tem, ut & Benedict. Perer. qvi Disp. XIII. in cap. III. Rom. qvi n. 53.*
Nomen gratiae, inquit, cùm hic dicit Apostolus, justificati gratis per
*gratiam ipsius, licet possit significare supernaturalem & divinam il-
lam qualitatem à DEO infusam animæ hominis, & in ea inhærentem,*
quā est justus & gratus DEO: Videtur tamen POTIUS hoc in loco
significare gratuitam DEI bonitatem, & benignitatem erga hominem.
*Sic & hic Gregorius de Valentia, & Beccanus Jesuitæ insigniter eru-
diti, ille qvidem T. II. Disp. IX. q. 2. p. 3. hic verò Disp. de auxil grat*
c. I.

c. I. th. 4. gratiam gratum facientem habere inessentia animæ adversus Bellarminum propugnant &c.

§. XX. *Unio personalis* non facta tantum est inter subsistētiā $\gamma\delta\lambda\circ\gamma\gamma$, & naturam humanam, sed etiam inter naturam divinam Filii DEI, & assumtam naturam humanam, qvia unita utraq; natura, divina & humana, in persona Christi. Nec est, qvod dicitur: si unio facta esset inter naturam divinam & humanam, tunc etiam DEI Pater incarnatus fuisset; Qvia non facta est inter naturam divinam absolutè spectatam, qvæ est toti Trinitati communis, sed inter naturam divinam relatè consideratam, qvatenus in persona Filii DEI subsistat; qvo de prolixè disputavit. *Max. Rever. Ampliss. & Excellent. Dn. D. Sam. Pomarius, antehac Profess. SS. Theol. Publ. extraord. hodie Superintendens Ecclesiae Lubecensis celeberrimus adverlus D. Hildebrandus P. P. Helmstadiens. eamq; disputationem propugnavit contra D. Rixnerum olim itidem Prof. P. in Acad. Helmstad. jam Halberstadii Pastorem: Sed ob difficultatem temporum hactenus adhuc avūndat & est. Conf. Exeg. A. C. ante ipsos XLV. annos Rostochii publicè sub meo præsidio in collegio Unicornis habitum, in Artic. III. c. III. th. XI. ubi hanc Jesuitarum ètologia notavimus, qvod humana natura immediatè non divinæ naturæ $\tau\delta\lambda\circ\gamma\gamma$, sed personæ Verbi unita sit: nec nisi consequenter duæ naturæ in eandem personam uniantur, ut Becanus cum Gregor. de Valentia, Bellarminus, & prædecessoribus Scholasticis Alex. Hallensi, Richardo, Scoto, Gabriele, Argentinensi, docuere, hoc sensu, qvod divina natura non sit unita humanæ, nisi consequenter & per convenientiam, propter identitatem sc. cum personalitate $\lambda\circ\gamma\gamma$, qvæ sola primò unita sit. Qvod vero ineptissimum est: qvæ enim realiter, & simplicissimè idem sunt, in illis realiter dari non potest primum & secundum, antecedens & consequens, eorumq; unum per alterum tanquam medium non potest uniri tertio, ceu realiter distincto. At persona & natura $\gamma\delta\lambda\circ\gamma\gamma$ realiter, & simplicissimè idem sunt. Quid, qvod communicativa ejusmodi unio nulla planè sit, fatente Becano, quando c. VII. q. 3. & 4. ait, divinitatis actum purum non posse uniri humanitati. Notavimus & Zwinglianorum errorem οὐδόψης: Sohnii nempe, Zanchii, & Dannai: natumrum communionem inficiantium. Si enim sola persona $\gamma\delta\lambda\circ\gamma\gamma$ humanæ naturæ unita sit, non verò simul divina ejus*

na tu-

natura, sed hæc tantum consequenter & impropriè humanæ naturæ unita, certum est, naturas inter se nullam habere convenientiā, nullamq; esse naturarum duarum communicationem in Persona Christi, nisi solum consequenter, & impropriè, hoc est, ut illi expli- cant, secundum nudam præsentiam divine naturæ ad humanam, in quantum sc. ea personæ verbi identificatur, vel saltim prout non est ea absq; natura divina, tametsi propriè divina natura unita non sit humanitati. Quantò ergò ὁ Ἰωσῆς ἡρός definit hic S. Athanasius tract. de definit. unionem personalem, quod sit αὐθίκης τῶν δύο Φύσεων συνδέομη h. e. per se subsistens duarum naturarum con- cursus: & Damascenus l. III. de orthod. Fid. c. 6. πᾶσα γὰρ πλειάρη Φύσις ἔστι τὸν ἐαυτῆς ϕύσεως καθεῖσα πάση τῇ αὐθεωπίᾳ Φύσει. ut & Rhemensē Concilium Anno clo Ioc XLIX. habitum, sub Eugenio: Credimus & confitemur, ipsam divinitatem, sive substantiam divinam, sive naturam divinam dicas incarnatam es- se, sed in Filio. Qvod ita declarat D. Thomas p. III. q. 4. art. 3. Dicitur tota natura divina incarnata, non quia sit incarnata in omnibus per- sonis, sed quia nihil deest, de perfectione naturæ divina persona incar- nata. Fundamenta fidei etiam produximus & quidem hæc: Luc. I. 35. Job. I. 14. I. Tim. III. 16. I. Job. I. 2. Col. II. 9. hoc sub junctō argumento: Qvodcunq; adscribitur virtuti Altissimi, λόγῳ, DEI Filio, DEO ipso, virtute æternæ, immo toti plenitudini Deitatis, seu perfectissimè divini- tati, id nudæ personalitati tribui non debet exclusâ divinâ naturâ. Atqui Θεοκαστρῷ ille singularis, εὐσεβωσις & Πανέγεωσις εὐσε- βη, & ματοίης ϕύσει adscribitur virtuti Altissimi &c. Plura vid. ibidem.

S. XXI. Propositiones illas personales, Christus est Deus, Chri- stus est homo, usitatas esse, & essentiales, neq; ad communicationem per- sonalem pertinere: Propositiones vero illas Deus est homo, & homo est Deus, accidentales esse, facile admittent Calviniani, nequaquam autem hæc concedent, aut concedere possunt γνωσίαι Lutherani. Vid. Exam. doctrina Reform. de Persona Christi controversial. III. p. 167.-190. ut & p. 230.

S. XXII. Quemadmodum neque illud concedendum est: Hu- manam Christi naturam omnipresentem esse non in actu secundo, sed actu primo non absolute, sed secundum quid, in illis sc. περὶ, ubi Christus secundum carnem se ad futurum promisit e.g. in S. Cœna. Vid. Exam. doctrin.

doctrin Refor de Pers: Christi controv. IX. p. 401 seqq. ut & controv. I.
p. 78 seqq. Itemq; Form Concord. Art IIIX. p. 761 seqq. & in Catalogo te-
stimon. c. IX p. 877. seqq. ut & Consens Repet Art. III. punct X p. 51 seqq.

§.XXIII. Articulus de descensu Christi ad inferos non pertinet ad
statum ex inanitionis, sed ad statum exaltationis Christi. Simpliciter
enim cum B. Luthero concione in arce Torgensi Anno Domini 1533.
de Christi ad inferos descensu habita, credimus. quod tota persona,
Deus & homo post sepulturam ad inferos descenderit, Satanam devicerit,
potestatem inferorum everterit, & Diabolo omnem vim & potentiam ad-
emerit. Qvæ non exinanitionis, sed exaltationis Christi sunt. Dreier
autem hæc est hypothesis in der Erörterung p. 717. die Höllensfahrt Christi
ist nichts anders, denn nur dunkle Umstände des Todes und Be-
gräbnis Christi; in qvō seqvutus ipse est Socinianos: sic enim Smalcianus
contra Franzium p. 71. Descensus ad inferos nihil aliud significat quam sta-
tum Christi post mortem, qui idem sc. fuerit cum statu aliorum mortuorum,
& necessarium quoddam consequens mortis censendus est. Conf. T. VII. Syst.
Theol. Art. VII. Qv. I. p. 686 & Cons Repet. Art III punct. XII. p. 54. seqq.

§.XXIV. Christus mediationis & reconciliationis officio functus
est secundum utramq; naturam: Qvia actiones officii conveniunt Christo
non secundum divinam tantum naturam, neque tantum secun-
dum naturam humanam, sed secundum utramque, divinam & huma-
nam naturam. Ita definita est hæc controversia in F. C. Art. III. p. 584.
Credimus, docemus, & confitemur unanimiter, quod Christus verè sit nostra
justitia: sed tamen nego secundum solam divinam naturam, nego secundum
solam humanam naturam, sed unus Christus, secundum utramq; naturam,
in SOLA videlicet obedientia sua, quam Patri ad mortem usq; absolutissi-
mam præstítit eaq; nobis peccatorum omnium remissionem, & vitam eter-
nam promeruit. Qvapropter admittenda non est talis declaratio: Chri-
stus reconciliationis officio functus est, dum humana natura sponte volun-
tati divina subjecta passionem & mortem ignominiosissimam Justinuit, di-
vina verò voluntariè huic morti pondus & valorem impertita est. Non
enim tantum pondus adduxit divina natura Filii DEI passioni huma-
næ naturæ, sed ipse etiam Filius Dei in carne passus est, qvæ ipsius
tam verè propria erat personaliter quam verè propria caro est Petro
aut Paulo patienti, naturaliter. Et monuit hic non immerito F. C.
p. 772. è B. Luth. libro de Conciliis & Ecclesia: Nisi hæc vera sint: DEUS
mortuus est pro nobis: & si solus homo pro nobis mortuus est, tum profectò
prorsus actum fuerit de nobis. At verò, si DEI mors, & quod Deus ips
C mor

mortuus est, in altera lance ponitur: tūm ille deorsum fertur, nos verē
instar vacuæ & levioris lancis sursum tendimus, sed & ille deinde rursus
vel sursum tendere, vel ē lance exilire potest. Non autem poterat in lācē
descendere, & onsidere, nisi nostri similis, hōc est homo fieret: ut verē &
rectē de ipsius passione dici posset: Deus mortuus est, DEI passio, DEI san-
gvis, DEI mors. Non enim in sua natura Deus mori potest. Postquam autem
Deus & homo unitus est in una persona, rectē & verē dicitur: DEUS
mortuus est, quando, videlicet, ille homo moritur, qui cum DEO unum
quiddam seu una persona est Hactenus Lutherus. Deinde quod ad ratio-
nes officii Christi attinet, ita pergit Form. Concord: persona non agit & ope-
ratur in seū cum una, vel per unam naturam tantum: sed potius in, cum,
& secundum atq; per utramq; naturam: seu, ut Concilium Chalcedonen-
se loquitur, una natura agit seu operatur cum communicatione alterius,
quod cuiusq; proprium est. Itaq; Christus est nōster Mediator, Redemptor
Rex, Summus Pontifex, caput & Pastor &c. non secundum unam tantum
naturam, sive divinam, sive humanam: sed secundum utramque natu-
ram. Huc usque F. C. Ideoq; non sufficit ad veritatem & efficaciam
meriti Christi, quod pondus addiderit divina natura humanæ, ut
passio sufficiens esset, & iσόππον νον λύτρον pro peccatis totius generis
humani: sed opus erat, ut ipse Filius DEI æternus DEUS, mortem
pro nobis subiret, & qvidem mortem eternam, non ratione duratio-
nis, sed ratione quidditatis. Passio enim solius carnis, ut recte B. Affel-
mannus in Retolut. Triad. Verb. è septem Testam. Christi in cruce
A. 1615. th. XII quantumvis justissimæ, pro se non satisficit, pro aliis mi-
nus pro toto mundo minimè. Propositio, inquit, est Fr. Junii in defens. i. Cath.
doctr. de Trin. contra Samosat. Sect. 29. Passio in Christo est passio so-
lius carnis. Minor est Anhaldinorum contra libr. Concord. & in Consens.
Orthod. p. 18. & 122. Sadeelis de verit. human. nat. p. 88. 109. Danæi con-
tra Chemnitium p. 304. & Calvinianorum omnium, qui in propositioni-
bus, DEUS est passus &c. Synecdochēn collocant. E. passio in Christo pro
se non satis fecit, pro aliis minus, pro toto mundo minimè. Conf.
Exam. doctrinæ Reform. de persona Christi controv. IV. p. 196. seqq.

§. XXV. Locus ille classicus Col. II. 3. In Christo sunt absconditi omnes
thesauri sapientiæ & cognitionis: de divinâ qvidem omniscientiâ & o-
mnisapientiâ agit, quod è Cyrillo Alex. Ambros. Chrysost. & Theophyl. aliis-
que constat, quæ in Christi humana natura abscondita est, unde solidè
hic communicatio infinitæ scientiæ Christo secundum humanam na-
turam

turam facta ex hoc loco Apostolico probatur: ut in Exam. doctrinæ Reform. de persona Christi Controv. VII. p. 348. demonstravimus, non autem de divina Christi natura, sic explicandus est, quasi in illa absconditos dicat omnes illos thesauros. Qvod Calvinianum glossema Zanchii, & Wendelini aliorumq;, in Exam. nostro laudato jam ante triginta tres annos in Athenæo Gedanensi profligatum est p. 350. 604. solidis argumentis; quæ hic repetere juvat.

1. Christus secundum Deitatem est ipsa sapientia; Non ergo sapientia in Christo, quæ Deus est, abscondita dici potest.
2. Ut Deitas non habitat in Deitate, ita nec in Divinitate, quæ actus est simplicissimus, aliquid absconditum est.
3. Secundum humanam autem naturam rectè dicuntur absconditi in Christo sapientiae thesauri, partim respectu habito ad unionem personalem, ac modum participationis, partim etiam ratione modi operandi, in statu exinanitionis Phil. II. 6.
4. Secundum eam naturam Christus est subiectum, in quo omnes thesauri cognitionis sunt absconditi, secundum quam habitat in ipso omnis plenitudo Deitatis.
5. Quid qvod pleriq; Calviniani hæc de Christo secundum humanam naturam dicta fateantur, omnes scilicet qui volunt inde humanae naturæ communicatam sapientiam eminentissimam extruere, ut ut eam ab essentiali sapientia divina differre fingant.

§. XXVI. Ad fidei essentiam non minus notitia pertinet, quam fiducia: & falsò dicitur, qvod fides justificans nihil aliud sit quam assensus in intellectu, & fiducia in voluntate. Unde hic Harmonia quædam cum Papistis præsumi queat: uti eadem è Julianis ex responsi eorum Burchero redditii P. II. c. VII. §. LI. p. 387. effulget: ubi primum gradum & primam partem fidei negant esse agnitionem Christi: quando graviter errare, imperite, & contra communem orthodoxorum sententiam adversarium ajunt, tum afferit, rei notitiam haud esse posse ante assensum ordinem autem partium novum prorsus comminiscuntur: qvod scilicet hæ sint:

1. Auditus verbi (qui verò medium est fidei, non autem pars ejusdem) Rom. X. 17. qvod ipsius Juliani p. 383. fatentur: (I) Diese Wissenschaft an und für ihr selbst ist nicht die Erkäntniß Gottes und Christi/auch nicht pars intrinseca, ein innerlich Stück des Glaubens/sondern das/ woraus der Glaube durch die Göttliche Gnade geschöpf-
fet wird. (II) Das man dem Wort/und dem/was man dar aus vernom-
men / von Herzen bepflichte/und Beifall gebe. De quo addunt: Und
solches ist das erste Stück/ oder der erste Actus des Christlichen Glaubens/und darin besteht die Erkäntniß Gottes / und Christi; davon
hin und wieder die Schrifft redet. (Qvod verò hactenus in Schola

Theologorum A.C. usq; ad hosce Novatores inauditum.) (III) Enblich und zum dritten ist die Zuversicht und das Vertrauen auf Gott und dessen Verheissunge / welche ist das ander Stück/ oder der andree Actus des wahren Glaubens.(Qvæ fiducia non secunda,sed tertia pars fidei communiter, idque rectissimè dicitur.) In qua tamen partium vel graduum fidei recensione non acquiescunt Novatores. Mox enim subjiciunt quatuor ejusdem esse partes,uti sequitur: Welches auch so kan ausgesprochen werden/ 1. Ist das Gehör Götterliches Worts/ und Wissenschaft: ist dessen/ was dasselbe lehret / welches Gehör und Wissenschaft so wol Gläubigen als vielen Ungläubigen gemein ist/ 2. Der Beyfall dessen / was man gehört / oder aus dem Wort Gottes berichtet ist. 3. Die wahre Erkāntniß Gottes / und der Götterlichen Geheimnissen/ welche aus dem gehörten Wort in unsren Herzen angezündet wird/ und dann fürs 4. Die gewisse Zuversicht zu dem/ welchen man erkont/ und festes Vertrauen auf seine Barmherigkeit und gnädige Verheissung / welche Er in seinen Wort uns gethan/ und diese letztere 3. Stück sind nur allein in den Gläubigen: und begreift solche alle der wahre Christliche Glaube in sich. Alia de fide paradoxa D.Dreieri pulli Juliani Vid. in concessionibus ejus vom H. Abendmahl p. 5. ubi ita habent I. Es ist ein mercklicher Unterscheid / zwischen dem Glauben und dem Verstande/oder der Wissenschaft / welche auch die Erkāntniß genenget wird. II. Der einfältige Verstand der Worte geht vor dem Glauben vorher / denn wie kan man glauben / wenn man die Bedeutung der Worte nicht vorher weiß/die man glauben soll? Der Verstand aber der Ursachen/warumb eine Rede wahr ist/folget auf den Glauben. Ecquis verò fidei & mysteriorum causam vel rationem reddere potest , qvæ sunt ὁτὲροὶ γένη, ὁτὲροὶ λόγοι, οἵτινες πάσαις κατεύληψίν τῆς φύσεως , docente Justino. III. docet quod per cognitionem fides exprimet. p.7. Und weil die Wissenschaft vollommener ist / als der Glaube/ folget/dass wenn man die Wissenschaft erlanget hat/so weit man dieselbe erlanget hat/der Glaube aufhört. Aliena autem hic sunt,imò contraria,qvæ ad marginem è Patribus probationis ergò hic affixit,utpotè è Cyrillo & Lactantio , qvales nemp̄e probationes Dreierianæ plerumq; esse solent.) Cyrill. Alex. l. 4. in Esaiam orat. I. Sufficit ad fidem cordatis hominibus vox DEI. Hac locutus sum, inquit, vobis non frustra, sed ut sciatis & credatis, & cognoscatis, quod ego sum. Per cognitionem enim fides est, & per fidem cognitio. Nisi enim, inquit, credideritis, non intelligetis. Lactantius l. 2. inst. c. 6. Si credis cur , cur ergò rationem requiri

760

ris, quæ potest efficer. ne credas? si vero rationem queris. Et querendam putas: ergo non credis. Ideo enim queris, ut eam sequaris, cum inveneris &c. Rectius ad testimonium Socinianorum provocasset D. Dreier; ut ex iis quæ p. 9. habentur, liquet. So weit wir nun dieses wissen/ so weit glauben wir nicht/ denn wir halten die Rede wahr/nicht bloß darumb/ daß sie der H. Geist geredet hat/ sondern daß sic sich eründet auf gedachter Vereinigung. Ita enim Socin. volunt: non credendum esse verbo Dei in his, de quibus id ipsum testatus, I Deo, quod Deus aliquid dicat aut testetur, sed quod id quod testatus est, rationi consonum, ac verum esse apparent, Et per rationem quandam sive à priori, sive à posteriori, per causas vel affecta propria, id ita se habere demonstrari possit: Vid. Socin. part. III. deservat. Christ. c. II. IV. VI. Smalcius in Joh. c. I. p. 89. Schaefferus de Resurrect. Christ. p. 33. System. nostrum Theol. T. I. c. IV. qv. IX. p. 604. Socinism. prof. Sect. II. contr. VI. Quod vero noritia omnino pertineat ad fidei partes Syst. Theol. T. X. Art. III. c. I. q. II p. 309. probavimus additis etiam Lombardi, Estii, Costeri, & Justiniani, ut & Fratrum Walenburg. omnes testimoniis, quomodo etiam in A. C. dogma de justificatione esse omnium præcipuum, in tota doctrina Christiana fidei articulum, cuius COGNITIO MAXIME NECESSARIA EST OMNIBUS CHRISTIANIS. Addatur etiam scriptum nostræ Facult. Thcol. Germanicum, de erroribus Calvin. saluti exitios. p. 86.

§. XXVII. Periculosior adhuc errore est de fide: quod nempe fides nihil aliud sit, quam credendo DEUM amare. Ita enim confunditur lex, & Evangelium. Ad legem namq; pertinet amare DEUM: ad Evangelium v. credere in Christum. Et valde analoga est hæc assertio Papizanti definitioni Conr. Horneji in iter. adser. th. CX cum fidem vivam talem dicet, ait, respectu operum quæ habet: & bona opera requiri vult, non ut veniam fidem probent, sed ut VERA FIDES sit, uti h. cxxvi. dicit. Si enim fides nihil aliud est, quam credendo amare Deum, non viva est, nisi respectu operum, utiq; fides in se vera non erit, quæ apprehendit gratiam Dei & meritum Christi. ac amor Dei, & bona opera erunt summa fidei, uti jam ante XXV. annos in Harm. Calixtino Hæret. Sect. II. c. VI. §. 5. p. 1018. monuimus. Nec appetet, quomodo ista definitio fidei sive à Socinianismo, sive ab Arminianismo liberari possit: siquidem Sociniani fidem salvificam ita definiant, quod nihil aliud sit, quam sub spe vita æterna DEO obedire: & obedientiam s. observantiam preceptorum DEI fidei justificantis essentiam & formam faciant, uti habet Socinus part. IV.

de

de Servat. Christ. c. XI. & de justificat. p. 58. & 115. ut & in Miscell. p. 162. nec non tractatu de fide & operib. p. 110. 13. 128. &c.

Qvem gravissimum errorem confutavimus in Socin. profl. sect. VII. Art. VI. q. V. & VI. Arminiani etiam *Apolog.* fol. III. obedientiam genus fidei justificantis faciunt, dicuntq; obedientiam esse ipsam fidem, qvæ & quatenus est opus nostrum, & fidem ut conditionem requisitam, ac proinde ut actionem nostram ad justificationem concurrere, contendent. Et p. III. c. X. *Apol.* ita habent: Qvod si fidem Instrumentum esse velimus, fieri non potest, ut concipiatur ALIOMODO instrumentum esse; quam quatenus opus est. ex prescripto, & per gratiam DEI à nobis praestitum V. Considerat: Armini c. X. qvæst. IV. p. 241 seqq. qvod & in Harm. Calixt. Hæret. Sect. III. c. VI. §. V. p. 10:9. notatum.

§. XXIX. Ecclesia non est, qvæ Verbi predicationem quamcunq; habet: seu puram seu impuram, & usum pariter Sacramentorum quamcunq;, seu legitimum, seu illegitimum: sed qvæ Verbum DEI pure prædicat, & Sacramentis utitur, secundum institutionem Christi: qvemadmodū in A.C. art. VII. docemus, qvod Ecclesia sit congregatio sanctorum, in qua Evangelium RECTE docetur, & RECTE administrantur Sacra menta. Conf. Conf. Repet Art. VII. punct. II. Antitheseos, & Contrariae sententiæ principium, & postulatum est prorsus Syncretisticum: meritò ab orthodoxis condemnatum. Conf. Conf. Rep. Art. proœm. I. punct. I. & II. & Digress. de nova Theol. Syncretist. ad Syst. Theol. T. I. p. 887. seqq. per totum; ut & Syncret. Calixt. ante XXVII. annos hic publicis Disp. propositus.

§. XXIX. Non admittendum est, qvod dicitur, Theologos dissensu suo, circa materiam cœlestem Baptismi fateri, nihil certi de ea è, Scriptura colligi posse: adcoq; tacente Scriptura nobis etiam tacendum hic elle. Dissensus enim ille magis est in verbis, qvam in reipsa. Et res eodem recedit, si accuratè expendatur, si dicatur Baptismi materiam cœlestem, si integrè definienda sit, SS. Trinitatem esse, Patrem sc. Filium DEI, Christum Ædav. ἥγωντο, ad cuius integratatem non Divina tantum, sed etiam humana natura spectat: qvemadmodum ad hanc omnino etiam pertinet Sangvis Christi, cuius particeps factus est, nostri causa, nec non Spiritus S. qvod una voce dicitur Verbum & nomen DEI, hoc est, Deus ipse Trinus & unus, Pater, Filius, & Sp. S. qvod in Syst. Theol. T. IX. art. V. cap. IV. exposuimus, & qvæst. II. p. 182. seqq. è Scriptura, & libris Symbolicis ostendimq; materiam cœlestem Baptismi certam esse, atq; è sacris literis definiri posse, idq; contra Dn. Mediatoris declar. Germ. I. XVII. qv. LXXX. seq. p. 677. seqq. abundè demonstravimus: Nosq; ad id credendum, per juramentum

tum religionis & ipsa concordiae Formula obligat, juxta Catechismum
B.Lutheri majorem: vid.Form.Conc.p.183. & B.Luther.T.VI.Jen.p.28.
Qvibus consonant ex asse B.Dn.D.Affelm.Disp.de Sacram.poenit.th 36.
B.Dn.D.Klotzius Disp post de Bapt.Sect.i.propos.XI.B.Dn.D.Joh.Frid.
König in Theol pos.p.789 793.& in Acad.Jenensi B.Dn.D.Jo.Gerhard.
de Bapt.I.LXX.XXCII.& B.Dn.D.Joh.Himmelius Synt. Disp. XXII.de
Bapt.th.LI. B.Dn.Cundisius in Explic.LL.CC.B.Hutteri &c. Conf.
& Consens.Repet.Art IX & XIII.punct.I. & III.

§.XXX.Etsi actio illa, qvā baptizando aqua ad ablendum applicatur,
fortè materia baptismi propinquior dici queat, ut forma consistat in
Baptismali actu, seu absolutione in nomine SS.Trinitatis: non est tamen in
Scholis nostri hæc loquendi ratio recepta, sed genus Baptismi dicitur
Actio, ut differentia specifica in illa absolutione aquæ facta in nomine
Patris & Filii, & Sp.Sp.constituatur.Verum qvia in re ipsa hic facile
consensus est, de verbis & terminis technicis litigandum haud videtur.

§.XXXI. Menter nostratum esse, quod gratia divina, et si in medio
actu conversionis resistibilis, sit i sub initium tamen ordinariæ conversionis
irresistibilis dicenda & habenda sit: non nisi temere dicitur. Qui fortè
ita dicunt de conversione extraordinaria, qualis Pauli erat, loquuntur,
non de ordinariâ conversione. Subscribimus vero hic ex asse B.Dn.Soceri
D.Hülfemann explicationi, in de Auxil.grat.edit.Lips.qvæst.VII.
Aph.III. §. 4. de modo autem resistibilitatis, qvæcumque dicat Formula
Concordiae, in declar. Art.II. p 673.674. Hominem non cogi, sed trahi à
DEO, ut ex nolente fiat volens: jam Renatum etiam & renovatum,
tantum boni, & tamdiu bonum operari, quantum & quamdiu à Spiritu
DEI impellitur, ducitur, regitur, & gubernatur, addit tamen: Homi-
nem sponte & liberè cooperari spiritui S. per modum causæ subordi-
natæ, non sociæ, quemadmodum eqvi simul unà currum trahunt. Et
B.Luth.T I. Jen.lat. fol. 436.egregiam Disputationem reliquit, de fide infusa,
qvæ demonstrat: Etiam positâ divinâ gratiâ, hominis voluntatem
non agere per actum ex se eliculum, sed juxta mensuram divinæ in-
fluentiae. Addit verò: Horrendum esse Scholasticorum dogma, qvòd
fides infusa producatur in actum sine bono motu cordis. Et, qvomodo
negat esse in hominis irregeniti potestate, posse tollere vel etiam non
ponere obicem: ita à contrario afferit, posse ponere. Ipsa Augustana
Confessio Art.XII. damnat eos, qui negant, semel Justificatos posse amittere
spiritum Sanctum. Nec verò videtur, posse qvæpiam dubitare de
compatibilitate possibilitatis intrinsecæ ad resistendum, & actualis non re-
sistens-

sistentie. Cum hoc sit de natura omnis actus humani, qui liber dicitur, ut posita existentiā actus, intrinsecatamen potentia maneat ad contrarium, neglegitima omnino est inter hec duo oppositio. Omnis consensus eo ipso, quo est non potest non esse ob temporis indistinctiam: Ex intrinseca autem dispositione subjecti agentis seu causae proxime, potest esse aliter. Calvinistæ autem pleriqz, non solum actualem irrepresentiam hominis, sed & irresistibilitatem erga gratiam hominem conservuram, propugnant, & haec pariter ac conjunctim negant Resistere, & resistere posse. Conf. Notæ anadvers. Minister. Tripolit. Anno 1646. Dantisci editæ p. 9. & D. Mich. Behm. Ineptiens & turpiter Pelagianizans & Synerg. ut & Censura orthodoxa contra Laterm. Dantisci itidem editæ Anno 1649. Videatur & B. Dn. D. Dorshei Apol. pro Judicio Argentor. in causa Laterm &c.

§. XXXII. Christus Job. VI. non loquitur de S. Eucharistia. Etsi enim ad finem Eucharistiæ applicari nonnulla ex concione illa Capernitica possint, & à nostratis applicari soleant, penes nostros tamen id extra controversiam est, de materia S. Eucharistia ibidem Christum non egisse, ut potè quæcumq; nondum instituta erat. Quæ contrà D. Calixtum, & D. Dreierum satis asseruimus Harmon. Calixt. Heret. Sect. I. c. VI. p. 82. seqq. & Sect. III. Cap. IX. tit. III.

§. XXXIII. Bona opera ordinari ad salutem tanquam id, quod removeat prohibens, non admittendum est, nisi Papizare quis velit. Vid. Conf. Repet. Art. IV. V. XX. punct. XII. p. 60. T. X. Syst. Theol. Art. II. c. V. qv. IV. p. 256. Harmon. Calixt. Heret. Sect. II. p. 724. seqq.

§. XXXIV. Multò minus vero statuendum, quod Bona opera ad vitam eternam ordinentur, tanquam conditio & causa fine quam non, in adultis. Vid. Form. Conc. Art. IV. p. 698. 704. Tom. X. System. Theol. Art. III. cap. V. qvæst. V. p. 258 seqq. & conf. Harmon. Calixt. Heret. Sect. II. c. IIX. p. 722.

Soli Christo, Mediatori DEI
& Hominum, sit Gloria!

•S)O(S

05 A 2476


ULB Halle
004 545 362

3



1077

Farbkarte #13



I. N. J.
DISPUTATIO INAUGURALIS
IN SOLENNITATIS JOBELÆI SECULARIS
FORMULÆ CONCORDIÆ
HONOREM,
AD LAUDEM NOMINIS DIVINI,
PRO GRATIOSA CONSERVATIONE
CÆLESTIS DEPOSITI,
FORMULÆ CON-
CORDIÆ,
per ipsos centum Annos intemeratae custoditæ,
Quam
ADVERSUS ERRORES NONNULLOS,
IN EADEM JAM PROFLIGATOS,
IN SOLEMNI ACTU, ET CONSESSU ACADEMIÆ,
Pro conseqvenda LIGENTIA,
CONSCENDENDI SUPREMUM HONOREM,
ET PRIVILEGIA DOCTORUM THEOLOGIÆ
IMPETRANDI,
IN ELECTORALI SAXONIÆ UNIVERSITATE,
PRÆSIDE
D. ABRAHAM CALOVIO;
PROF. P. PRIMARIO, PASTORE, CONSISTORII ADSESSORE,
SUPERINTENDENTE GENERALI, p. t. FACULTATIS
THEOL. DECANO,
publice defendet
M. FRANCISCUS WOLFILIS, Stralsunda-Pomer.
Ecclesiæ, qvæ Rostochii Primaria est, ad D. Mariæ Pastor, & SS. Theol.
Professor Publicus designatus.
IN AUDITORIO MAJORI,
Addiēm II. Nov. An. clo loc XXC. hor. ante- & pomerid.
Litctis WILCKENIANIS, AN. 1686.